UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chytträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

VI. De Officio & Regno Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

tam æternam. Vtrumq; autem eſt Mediatoris officium.

IX. Filius Dei uenit, ut deſtruat opera Diaboli, cuius tanta potentia eſt, ut noſtra imbecillitate ipſi reſiſtere non poßimus.

X. Solius Dei eſt dare Spiritum ſanctum, qui à Chriſto ſpiratur in corda Apoſtolorum, & omnium credentium.

VI.
DE OFFICIO ET Regno Chriſti.

Verbum Iakah ſignificat Auſcultare, accipere doctrinam, & obedire præcepto. Inde Ikehath, auſcultatio. Cum igitur prædicat Iacob gentes Meſſiam audituras eſſe, oſtendit Chriſtum fore non gubernatorem politicum, aut bellatorem, ut Iudæi ſomniant, Sed doctorem, qui arcanum conſilium de Redemptione generi humano audiendum propoſiturus ſit, ut Iohan. 1. dicitur: Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis, dum & primis parentibus promißionem de Reconciliatione primus edidit, & deinceps omnibus temporibus ſolo VERBI ſui miniſterio, æternam Eccleſiam ſibi colligit. Sed hæc doctrina de collectione & gubernatione regni Chriſti aliunde petatur.

Gentes